



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

De S. Austremonio episcopo & confessore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

Verum quia non omnibus hoc contigit, ut literas nōrint, ac lectioni operam impendant: idcirco patribus visum est, ut refricanda quamprimum memoriae causa, <sup>Cur indu-</sup>  
hac tanquam præclara quædam trophæa, in imaginibus pingerentur. Siquidem num <sup>etiam</sup> <sup>vīsus</sup>  
per sapientiam venit, ut passionem Domini animo minimè versantes, cōspecta Christi crucifixi imagine, ad salutiferę passionis memoriam redeamus, ac prostrati non  
materiam, sed eum cuius imago effingitur ad oremus: quæadmodum videlicet nec  
Euangelici codicis materiam, nec crucis materiam adoramus, verū id, quod per  
ea exprimitur. Quid enim alioqui discriminis est inter Crucem eam quæ Domini  
imaginem expressam non habet, & eam quæ habet? Quod etiam de Dei matre sen-  
tendum est. Etenim is honor, quem ei adhibemus, ad eum qui carnē ex ea assūm. <sup>Honor faci-</sup>  
psit, refertur: Itemque egregia sanctorum virorum facinora, quæ nos ad animi ma-  
gnitudinem, & zelum, virtutisque eorum imitationem, ac Dei gloriam extimulat.  
Nam, vt diximus, honor ille quo probos conseruos afficimus, nostrā erga com-  
munem Dominum bencoualentia argumentum est: atque imaginis honor ad ex-  
emplar transit. Est autem hæc traditio ex carum numero, quæ scripture verbis mi-  
nimè expresse sunt, quemadmodum & ea, quæ ad Orientem conuersi adoramus, & traditione  
ea cum Crucem adoramus, aliæque complures his similes. Quin historiæ quoque  
proditum est, cùm Abagarus Edessa Rex eo nomine pictorem misisset, ut Domini  
imaginem exprimeret, neque id pictor ob splendorem ex ipsis vultu manantem Iesum ima-  
confici potuisse, Dominū ipsum diuinā suā ac viuifica faciei pallium admouis. <sup>Dominus</sup> <sup>ginem suā</sup>  
Abagaro se, imaginemque suam ei impressisse, sicque illud ad Abagaram, ut ipsius cupidita-  
ti satisficeret, misisse. Quòd autem Apostoli quamplurima, nullo sacrae scripture  
loco prodita nobis tradiderint, his verbis testatur ille gentium Apostolus Paulus, 2. Thess. 2:  
State igitur fratres, & tenete traditiones nostras, quas didicistis, siue per sermonem,  
siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios scribens, Laudo vos, fratres, quòd per  
omnia mei memores etis: & sicut tradidi vobis, traditiones, tenetis.

## DE S. AVSTREMONIO EPISCOPO

ARVERNO, EX GREGORII TVRONENSIS

*De gloria Confessorum Cap 30.*

**P**ER sanctum autem Austremonium, qui & ipse à Romanis Episcopis cum Gatiano beatissimo, & reliquis, quos memora-  
vimus, est directus, primum Auerna ciuitas verbum salutis accepit, eoquæ prædicante, Saluatorem mundi, Redemptoremq;  
omnium Christum Dei filium credere cepit. Huius autem scilicet à Ro-  
pulcrum apud Isidorensem vicum habetur, cui cruda rusticitas, manis Epis-  
copis, licet sciens quis in eo quiesceret, nullum tamē exhibebat hono-  
ris cultum. Post longaverò annorum curricula, Cantinus, qui ipsius Aruerne vr-  
bis modo prælatus est, in diaconatu suo Ecclesiam vici illius rex. Igitur dum no-  
tum est quodam in lectulo cellulæ suæ, quæ huic basilice adhærebatur, decumberet, audi-  
vit psallentium resonantes voces, & surgens vidit templum magno splendore  
lumine, & obstupefactus adspicit intrinsecus (erat enim cellula illa in superiore  
contra fenestras templi) & ecce circa tumulum multitudine albatorum tenentium  
cereos, & psallentium. Quod diutissimè cernens, postmodum discessit, & statim  
facto manè iussit tumulum cancelli vallari, & palliolis nitentibus obuela-  
ri, præcepit reuerentiam loco illi impendi. Ex hoc tempore  
oratio super tumulum funditur, & auxilia Antisti-  
tis imperantur. Hæc ab ipsius Episcopi  
ore audiui.

<sup>Nouabit.</sup>  
<sup>E. Nota &</sup>  
<sup>hunc Epis-  
copum</sup>  
<sup>misum</sup>  
<sup>fuisse in</sup>  
<sup>Gallias cō-  
tulit à Ro-</sup>  
<sup>manis Epis-  
copis,</sup>

<sup>Vifio C. tini Epis-  
copi.</sup>

<sup>Honorifico  
etio Dei ex-  
hibetur.</sup>

## VITA